duisant, l'un la considération de l'enveloppe florale, l'autre celle de l'insertion des étamines; mais Jussieu, en rassemblant ces matériaux épars, en découvrant enfin les caractères des familles, mystère jusqu'alors impénétré et en substituant à l'arbitraire une science nouvelle, a tiré de son génie le plus admirable ouvrage qui jamais ait illustré la coordination du règne végétal.

Eliae Fries Schedulae criticae plantas Europae indigenas illustrantes.

N° II. — NOTULA DE *VARIIS GRAMINEARUM EUROPAEARUM GENERIBUS.*

Vastissima et maxime naturalis Graminearum familia tam quoad dispositionem, quam generum limitationem, variis difficultatibus premitur. Dispositio prisca e spiculis unifloris, multifloris e. s. p. saepe fallax, nec naturalis est; ex inflorescentia sumta tantum secundaria. Altius petita est divi Brownei e spiculis sursum vel deorsum abortivis, at exceptionibus laborat v. c. Arrhenatherum, et in variis rudimentum floris abortivi haud conspicitur. Equidem jam pridem (v. c. in *Summa Vegetabilium Scandaviae*). Gramina Scandinaviae in duas series disposui: *Euryantha,* floribus sub anthesi patentibus, stylo nullo, stigmatibus basi exsertis — et *Clisantha,* floribus sub anthesi conniventibus, stylo elongato, stigmatibus apice exsertis.

Hi characteres necessitudinis vinculo inter se juncti, ut alter alteros secum trahat.

Hanc dispositionem secuti sunt Babington, Godron e. pl. Hae duae series cum Brownianis simul poene collidunt.

— Addenda sit series tertia *Heterantha,* nobis exotica.

In greges naturales species hujus familiae facile quidem coguntur, at quousque generis notio extendatur subjectivum manebit. Ne tamen sit arbitraria, sed constans : in generibus recipiendis multos, v. c. Steudelium, vidimus magis attendere auctoris auctoritatem, quam peculiarem generum indolem. Exemplo sunt *Phippsia* et *Vahlodea.* Nec minus arbitrarie, priscis generibus laceratis, nomen primitivum non generis typis adscribunt, sed ad species recedentes inter alia genera primaria ambigua transferunt v. c. *Airae* et *Bromi.*

Airae genus in *L. Fl. Lapp.* prima vice propositum. Species ibidem citatae ad hodiernum genus Deschampsiarum spectant. Airae recentiorum, tum temporis Linnaeo ignotae, in Europa magis boreali obviam non veniunt, quare Botanici Europae borealis nomen sensu Linnaei primario non possunt non servare. Hoc est genus primarium; Airae recentiorum varias colligit species inter Airam et Avenam, etc., ambiguas, nunc ad has, nunc ad illas relatas. Denique nominis derivatio ab αἴρω, *extollo,* Deschampsiis vulgo elongatis et in montibus praecipue obviis optime respondet, minime pumilis et australibus Airis Rec. — Rem plenius exposui in *Nov. Mant.,* III, p. 178 (Alienum est Aira Patrum = L. temulentum ab αἰρῶ, *neco*).

Arrhenatherum. Typica hujus forma, qualis in Europa boreali passim legitur, flores habet omnes hermaphrodites, prorsus Avenae. Cfr. Fr. *Mant.* Hartm. *Sc. Fl.* Lange, *Fl. Dan.* Hinc genus vix admittendum.

Blyttia. Genus hoc novum, cum agrostidibus et Mühlenbergiis antea confusum, in *Nov. Mant.,* II, proposui et ab ill. Asa Gray eodem sensu receptum. Cum vero jam evictum sit, neglectam si potius deperditam *Cinnam arun-*

dinaceam L. ejusdem esse generis merito hoc nomen restituit. Ex eodem auctore nostra s. *Cinna pendula* Trin. specie non differt a *C. arundinacea* L. haec vero in vetere orbe non lecta est; utraque in horto nostro per longam annorum seriem culta omnino diversa mansit. *Cinna pendula,* olim Norvegica tantum, nuperis etiam in Suecia (Helsingia) lecta.

Bromus, sp. βρῶμος, Graecorum erat Avena fatua, ex aliis secale. E societate hoc nomen, primo, ni fallor, a Ruellio in Bromum secalinum translatum est. Bromus secalinus ejusque affines sp. Serrafalcus Rec. manifestissime sunt hujus generis typi, quibus nomen accesse servandum. Speciei a Recentioribus ad Bromos relatae, inter Bromos et Festucas intermediae sunt, vulgo cum Festucis junctae. His jure prioritatis debetur Schedonori Pal. Beauv. nomen, ex emendatione Gaud. apud Röm. et Schult. et nostra.

Fluminiae typum sistit maxime spectabilis Aira arundinacea *Liljebl* (1754), dein in ed. 2. *Festuca arundinacea* dicta; a Mertens et Koch vero *Festuca borealis,* a Wahlenbergio *Festuca donacina.* A Festucis vero longe distare, nullum dubium restat. A Willdenovio speciosum hoc gramen descriptum (1808) sub nomine *Arundinis festucaceae,* unde orta *Donax festucacea* R. Schult. Ob genus antiquius Linneanum in Regno animali *Donacis* nomen a Mertens et Koch in Sedochloam mutatum, ad quod genus Link etiam praesens gramen at perperam retulit.

Probe perspiciens affinitatem cum glyceriis arctophilis ad harum genus primo (*Nov. Mant.,* II), retuli, dein vero tamquam peculiare genus, *Fluminia* dictum, primus proposui. Horum vero Glycerias arctophilas et Fluminiam junctas ad genus Graphipsorum Desv. retulit ill. Asa Gray. Cum vero ab illis recedat charactere essentiali Ave-

nacearum a Festucaceis, glumis nempe spiculas superantibus, mihi constantius videtur distinguere, quamvis jam pridem affinitatem perspexerim.

Phippsia R. Br. omnibus notis genericis et toto habitu cum Catabrosa convenit, ut nulla ratione ab hoc genere distingui possit, Def. Sommerfelt suspicatus est, Cat. algidam esse varietatem *C. aquaticae!* Etiam Colpodium magis habitu, quam certis notis a Catabrosa recedit!

Trisetum. Expositione Cel. Godron hoc genus jam clare definitum. *Tr. subspicatum* et *flavescens* habitu quidem recedunt, at intermedio, licet distinctissimo, *Tr. agrostideo* coguntur. Huic affine *Tr. sibericum* Rupr. etiam in Lapponia Suecica jam lectum est.

Vahlodea Fr. sp. Aira atropurpurea Wahl. Auctor in *Fl. Lapp.* reliquis Airis haud affinem esse monuit. In *Sv. Bot.* et *Fl. Suec.* ad Holcos transtulit. Ab Airis gravissimis notis et praecipue florum structura longe distat; ab Holcis differt floribus omnibus hermaphroditis. Cfr. Fr. *Mant.* III.

E. Fries.

Les Characées de Belgique, par M. François Crepin.

Sous ce titre, je n'ai la prétention de donner ni une monographie, ni même la liste complète des espèces appartenant à notre flore : les recherches et les études faites sur ce groupe ont été trop négligées parmi nous pour permettre de donner l'une ou l'autre. Je me contenterai de résumer ce qui a été dit dans nos ouvrages descriptifs, ensuite je tracerai un tableau analytique des espèces déjà trouvées et de celles qu'on peut encore découvrir, et je